



**Theologiae Moralis Sacramentalis Ad Instructionem
Ordinandorum & Curandorum Ex Materia De Sacramentis
In Genere Et Ordinis Eucharistiae, Poenitentiae, Ac
Matrimonii In Specie**

De Matrimonij Sacramento, & omnibus Peccatis contra VI. præceptum, ac
de Abortu

Sporer, Patritius

Salisburgi, 1711

Sectio I. De Fornicatione simplici.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55333

§64. *Theol. Sacrament. Pars IV Cap. III.*
saltem non habebat. Merito autem monet *Lugo* ibidem n. 57. tunc non sufficere quamlibet suspicionem, vel rumorem circè famam talis personæ, sed debere suspicionem talem esse, ut vulgo jam circè honestatem male audiat; nam alioquin magna jactura esset ex suspicione quæ cunque levi, vel rumore incerto in certitudinem propriâ confessione transire. Et de his hacteas;



C A P U T . III.

DE RELIQUIS PECCATIS

Contrà 6. Præceptum.

Dicas præcipuas species, adulterium, concubitum innaturalem conjugum, jam explicatas habes præced. *Sch. 3.* & 4. De reliquis 6. erunt Sectiones. 1. De fornicatione simplici. 2. De stupro & rapin. 3. De sacrilegio carnali. 4. De incestu. 5. De peccatis contra naturam, & speciatim mollitione. De impudicitia interna & externa.

S E C T I O . I.

De fornicatione simplici.

S U M M A R I U M .

569. Fornicatio est peccatum mortale.
570. Ex natura sua intrinsecè,

Sect. I. De fornicatione simplici. 568

571. Et indispensabiliter.
572. Excusabiliter tamen per ignorantiam invincibilem.
573. Specialia ex parte ipsius actus explicandi in confessione.
574. Ut si non servatur debitus modus, vel situs.
575. Si copula solum inchoata, non tamen absoluta.
576. Licitè potest, & debet abrumpi, etiam cum effusione seminis extra.
577. Cum infideli est speciale peccatum contra Religionem.
578. Fornicatio ex parte viri an sit gravius & speciale peccatum?
579. Quid concubinatus?
580. An virgo prima vice peccans committat speciales malitias, vel indecentias?
581. An & qualiter deinde peccet amissam Virginitatem futuro marito celans?
582. Virgo, & quibus famina pro usu corporis licite recipit mercedem.
583. Quid si Virgo filie promitteret hunc usum, pretium, vel munera accipiat?

Fornicatio est concubitus naturalis illicitus. 568
quorum scilicet neuter est aliquo vinculo speciali ligatus sive homini, sive DEO: Ideoque præcisè est contrà virtutem continentia, seu Castitatis, & nulli alii virtuti adversatur; est ergò inter tales personas, quæ possent statim matrimonium contrahere, ideoq; proles indè nata non spuria, sed naturalis dicitur, & secutis nuptiis eo ipso legitimatur. Dicam i. Breviter de hujus malitia, dein commodè addam, & congeram specialia in ordine ad confessionem, sed fornicationi, & aliis speciebus luxuriæ ferè communia.

§. I.

Malitia fornicationis.

569 Fornicatio est peccatum mortale ex natura sua intrinsecè, & indispenſabiliter: attamen excusabiliter per ignorantiam invincibiliter Communis DD. ut patet.

I. Est peccatum mortale. Certum de fide Clementina ad nostrum. De Hareris. Et hoc constat ex Scripturis Deuteron. 22. Si nubes inventa in puella Virginitas, ejuscent eam ex fortes patris sui, & lapidibus obruent, quoniam fecit nefas in Israël, ut fornicaretur in domo patris sui. Et alibi. Aperiſſimè autem & sapientiè inculcatur in nova Lege. Rom. 1. Fornicatio recentetur inter gravissima peccata Gentium, propter quæ in reprobum sensum datur. Repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione &c. Ad Ephes. 5. Omnis fornicator, aut impudicus non habet hereditatem in Regno Christi & Dei. Ad Galat. 5. Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, &c. Quoniam quitalia agnoscunt Regnum DEI non consequentur; Similia habentur Colloſſ. 3. Hebraor. 11. &c. Et Apocal. 21 dicitur: fornicatoribus pars erit in stagna arditi igne & sulphure, quod est mors secunda.

570 II. Ex natura sua intrinsecè. Fornicatio mirum ex natura sua, & intrinsecè mala est, ad que ipsa lege naturali prohibita, & non tantum lege positiva Divina, vel humana. Ita committitur

Sect. I. De fornicatione simplici. 567

nissima DD. contra Durandum, Martin. à Magistris, & novissimè Caramuel apud Tambur. Lib. 7. c. 1. §. 2. Ratio communiter assignata est; quia naturalis instinctus, etiam brutis animalibus, multò magis hominibus ratione intentibus inditus dictat, epus generationis non esse exercendum extrà fœdus matrimoniale; cum congrua prolis conceptio, nutritio, educatione necessariò exigat certi parentis curam, cohabitationemque, qui naturæ instinctus est naturalis lex, cum versetur circà materiam gravissimam, utique obligabit sub mortali, ut habet communis DD. in 4. dist. 33. Atqui huic naturali instinctui penitus adversatur fornicatio simplex, quâ proles exponitur manifesto periculo malæ conceptionis & educationis ob incertitudinem, vel malitiam parentis nolentis agnoscente prolem suam; indè enim ad evitandam infamiam tot horrenda remedia impediendi conceptionem vel procurandi abortum; indè infantes exponuntur cum periculo mortis vel pravæ educationis, & sæpè æternæ damnationis; eaque mala sequuntur ex naturâ actus fornicationis inter solutos; esto per accidens aliquando absint, & provideatur debita educatio, tamen ipso actu fornicationis prolem tali periculo exposuerunt, ergo fornicatio ex natura sua intrinsecè mala, ipsâ naturæ lege prohibita, & peccatum mortale est.

III. Et indispensabiliter, adeò nimis in fornicatio intrinsecè mala est, ut nec per Divinam

N n 4 di - 571

568. *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. III.*
dispensationem licet fieri posset. *Comment.*
DD. cum D. Bonavent. *in 4. dist. 3. tit. 2.*
2. Ratio est; quia fornicatio significat acco-
sum viri ad fœminam non suam, seu cuius po-
testatem corporis non habet, quo stante repre-
gnat clare, licet accedere, ideoque nec sub omni
potentia DEI cadere potest. Quod si autem
DEUS corporum Dominus, alicuius mulieris
potestatem faciat viro, tunc eo ipso accedere
aliquo modo suam, seu cuius potestatem acco-
pit; unde Deus non dispensavit cum Osea,
fornicaretur, sed præcepit, ut acciperet multo
rem fornicariam, & hoc ipso mandato facili-
lam esse ejus uxorem, Propheta utique confe-
tiente, vel forte DEO ejus consensum supple-
te, et si alii, & RR. communiter contraria-
fentiant in materia de legibus.

572. *IV. Attamen excusabiliter per ignorantiam
invincibilem.* Sicut enim in aliis nonnullis na-
turæ legibus & peccatis oppositis, ita etiam
circum hoc præceptum non fornicandi posse da-
ri ignorantiam invincibilem excusantem, si
tem apud Barbaros, & incultos, docent DI
communiter cum *Azor. p. 2. lib. 3. c. 9.* Ratio
est; quia id non admodum manifeste deducitur
ex primis principiis luminis & Legis Naturae.
Certè ratio à nobis allata *N. II.* id clare no-
convincit: adeò ut teste Tambut. *circa. §. I.*
hac certissima veritate fateri cogamur, dari que-
dem rationem naturalem id probantem clare
certò, eam tamen à priori nondum clare co-

ceptam esse, prout etiam in aliis pluribus respondere cogimur. Veruntamen ejusmodi ignorantia invincibilis vix locum habere potest apud Christianos, nisi forte in locis, ubi permissa sunt lupanaria publica & meretrices publicæ; posset enim tunc simplex homo nesciens distinguere inter licitum sine culpa, & permisum sine poena tantum, credere, quod accedere ad tales non sit peccatum, uti experti sunt confessarii talium locorum, & testantur *Filius.* & *Jacob Marchant.* in 6. *Præcepto.*

§. II.

Specialia ex parte ipsius actus confessionis.

I. **Q**ui commisit fornicationem, vel illicitam copulam quamvis, non satis explicat dicento: se peccasse contrà castitatem; sed addere debet, se copulam habuisse, ut benè notat Lugo *disp. 16. de Pænitent.* Sect. 5. Quia alias non explicatur malitia propria fornicationis, sed alterius speciei, quæ sine dubio diversa est à malitia quacunq; contra castitatem; Insuper quando frigidus vel Eunuchus cum aliqua peccat, debet fateri se esse talem, uti benè probat Sanchez *Lib. 9. De Matrim.* *disp. 19. n. 8.* Ratio; quia tunc non solùm adest malitia fornicationis, sed etiam malitia contrà naturam, scilicet frustratio finis naturalis seminis, quod inutiliter provocatur à frigido, vel Eunicho.

II. Quando quis in copula non servat debitum modum & situm naturale, sed vel stan-

N n s do

573

574

570 *Theot. Sacrament. Pars IV. Cap. III.*
do, jacendo à latere, à tergo brutorum modo,
vel viro succubo copulatur, modò servetur va-
naturale, non est circumstantia necessaria ex-
pliçanda in confessione, minus interroganda
confessario, quia id est accidentale copula, &
in conjugibus ad summum veniale est, ut fin-
loco diximus. Vide Sanchez *disp. 29. Sect. 16*
n. 3. Cæterum si ita faciant sive soluti, sive con-
jugati ex intentione, et si erronea, ut tali modo,
et si rectè suscepto semine, tamen conceptio
prolis impediatur, ea intentio utique mortalia
in confessione explicanda erit.

575 III. Qui solum incipit copulam, sed non
absolvit, nec seminat, debet id ipsum explicare,
quia licet tunc sit fornicatio inchoata, & in af-
fectu, non est tamen fornicatio re ipsâ; sed est
actus impudicus, & extremus impudicitia. Ut
notat Sanchez *disp. 19. n. 1.* Multò magis, qui
eandem copulam incipit, & excitatā jam na-
rā resilit, seménque dispergit, explicare debet,
quia jam adest duplex malitia, nimirū fornicati-
o inchoata & in affectu, & mollities consum-
mata, ut per se patet. Verum id intelligendum,
quando peccans ita facit in peccato perleversans
ac voluptate consentiens: Nam alias

576 IV. Quicunque inchoavit fornicariam co-
pulam, vel quamvis illicitam cum aliqua, & li-
cite potest absque novo peccato, & debet se re-
trahere, quamvis propter naturæ irritatæ im-
petum semen sit emittendum extræ vas naturale;
imò etiam postquam persona complex jam se-
minavit;

minavit: ita (contrà meum Sanchez citat. disp. 19. n. 7. docentem esse etiam probabile licere, imò teneri fornicantem ad prosequendam & complendam copulam, quando sc̄emina jam seminavit, vel inevitabiliter seminabit.) Aversa, aliisque relatis Diana part. 9. tract. 8. & part. 6. tract. 6. resalut. 37. Ratio est; quia fornicans omni tempore ante completam fornicationem tenetur desistere, & eam non consummare, cùm omni tempore teneatur desistere à peccato: desistendo autem à copula, desistit à peccato, quòd semper licitum & debitum est; ergò si tunc sequatur pollutio extrà, sequetur ex opere licto, & præter intentionem, consensumque ipsius: adeoque eo casu censetur pollutio non voluntariè causata, sed permissa tantum ob iustissimam causam desistendi à peccato coepio fornicationis, vel similis. Nec refert, quòd altera pars seu sc̄emina jam seminaverit, vel certò seminabit, hoc enim non tollit obligationem desistendi à peccato, & non consumandi actum malum.

Cùm fornicans durante copula imaginatur sibi aliam personam, dic eodem modo, & distinguere, sicut c. *præced. de conjugato.*

§. III.

Specialia ex parte complicis.

I. **F**idelis peccans carnaliter cum persona in fideli peccat speciali peccato contrà Religionem, & reverentiam Sacramenti Baptisimi.

Ut

Ut cum aliis docent Sanchez l.7. disp. 5. n. 10. & Lugo disp. 16. de pænit. sect. 6. Ratio est; qui Ecclesia, dum damnat conjugium Fidelis cu[m] Infideli, prohibet etiam quamcunque committitionem, cùm sit idem motivum reverentia nostra Religionis, & Sacramenti Baptismi, & redetur talis conjunctio damnosa tam ip[s]i Fdei, quam proli educandæ. Quamquam id nego Azorius, eumque secutus Tamburin. citat. c. §. 1. n. 7. Cæterum quid sit dicendum de fornicatione cum virgine, cum filia confessionis, cum sponsa alterius, partim patebit infra suis locis, partim patuit suprà.

578 II. Fornicationis peccatum ex parte viri plurimiq[ue] aggravatur speciali malitia scandali, cum scilicet is fœminam etiam corruptam, & alias paratam, tamen hic & nunc ad peccatum inducit. Certè & gravius, si alias nolentem, & invitam sollicitat precibus, promissis, blanditiis, donis, &c. persuadet, eaque in confessione explicanda est malitia, juxta communem doctrinam in materia de scandalo cum Sanchez lib. I. moral. c. 6. n. 14. Etsi rursus probabiliter negant Vasq. Joan. Sanchez & Lug. citat. disp. 16. sect. 3. n. 141. Eò quod eadem sit malitia co-operationis ad peccatum, et si gravior sit, quam si cum volente peccet. Quod si tamen quis sollicitavit, sed dein ad opus processum non est, vel certè multo tempore postea, utiq[ue] debet confiteri; quippe peccatum sollicitationis est distinctum ab ipso opere, ut omnes fatentur: sta
sci
di
su
pe
no
en
ca
m
co
be
D
gr
ca
n
n
re
&
F
B
q
n
t
P
t
C
f
sta

statim secuto opere, in idem peccatum coalescit. Eadēque ratione qui se periculo ejusmodi peccati exposuit v. g. ingrediendo domum suspectam, & comperti periculi, & eā vice non peccavit, sed longē postea, tenebitur confiteri; non item, si eadem vice statim peccavit: quando enim hæc duo exponere se periculo, & actu peccate simul concurrunt, coalescent in unum numero peccatum: secūs si n. tabilis mora, vel contraria intentio revocans intercesserit, ut habet communis doctrina in materia de peccatis. Denique de his, qui fæminam vi, vel metu cogunt ad peccatum, aut fraude, vel dolo deceptam inducunt videbimus. Sect. seq.

III. Qui committit v. g. tria peccata fornicationis, vel alterius speciei, cum tribus fœminis ejusdem rationis, non tenetur in confessione dicere, suis̄ tres fœminas, sed satis est dicere: ter fornicatus sum, &c. uti cum Bonacina & aliis docet Tamburin. citat. c. I. §. I. num. 3. Ratio est; quia eadem est malitia, sive cum tribus, sive ter cum eadem fœmina forniceris, quantum est ex hoc capite peccati fornicationis; nam ratione scandali, si tres fœminas, saltem alioquin nolentes & invitatas solicitando in peccatum induxisti, in communi & nostrâ sententiâ omnino numerum personarum, utpote multiplicantem malitias, explicare teneberis, si cut & econtra teneberis fateri, te cum eadem fœminâ toties peccâsse, si cum illa persona sis in occasione proxima, aut ad eum finem cœlufessa-

rius

574. *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. III.*
rius te interroget, ut occasio proxima tollatur
quæ ex illa frequentia cum eadem persona timi-
tri potest: & maximè hoc verum est de con-
cupinaria, de quo breviter anno.

580. IV. Concubinatus est concubitus frequen-
tatus viri cum foemina soluta, quam velut uno-
rem domi retinet, vel alibi ad eum usum con-
fuetudinarium asservat, ita ut ad eam confuetu-
dinariè, ut libet, accedat, vel accèdatur; & si
quidem vir sit solitus, ipse quoque erit concu-
binatus simplex; si ligatus erit concubinatus ad
ulterinus; si Clericus, erit concubinatus sacra-
legus. Malitia aggravans peccatum concebi-
natūs est perseverantia voluntatis in peccato
quod nimis concubinarius non tantum pec-
cat peccato fornicationis toties, quoties, sed
etiam in continuo saltem virtuali aut habituali
proposito peccandi perseveret. Unde concu-
binarius absolvī non potest, nisi ē dormi ejiciat
concubinam, aut si alibi habitet, firmiter pro-
ponat, ad eam amplius non accedere, additā ex-
perientiā per aliquantum temporis, juxta pru-
dentis confessarii arbitrium. In hos concubi-
narios Concilium Trident. sess. 25. c. 14. dece-
nit sententiam excommunicationis post trinam
admonitionem ab Episcopo ferendam; & si Cle-
ricus sit, suspensioni subjacet, attamen post sen-
tentiam Judicis Ecclesiastici. Vide Tolet.

Lib. I. c. 46. Et Clavem regiam

lib. 8. c. 7.

§. IV.

§. IV.

Specialia ex parte virginis.

I. **P**lacet resolutio generalis. Virgo, seu mas;⁵⁸¹
 seu fæmina prima vice fornicando virgi-
 nitatem perdens, non peccat peccato speciali
 diverso à simplici fornicatione; quare sufficiet
 posteà confiteri se fornicatum esse; nec tenebi-
 tur explicare circumstantiam virginitatis perdi-
 tæ, nec consequenter ea circumstantia à con-
 fessariis examinanda est. Ita universaliter cum
 aliis Tamburin. lib. 7. Decalog. c. I. §. I. n. 5.
 Ratio sufficiens est; quia non appetet, unde hoc
 esset peccatum speciale, non enim continet spe-
 cialē malitiam in genere luxuriæ ex hoc capi-
 te, ut manifestum est: nec continet aliam spe-
 ciem peccati contra justitiam, vel aliam virtu-
 tem per se loquendo: quod ex parte viri clarum,
 & omnes fatentur. Ex parte virginis autem
 primò fornicantis verum quidem est, eam com-
 mittere speciales indecentias; utpote. 1. Amit-
 tit integratatem carnis, violando signaculum vir-
 ginitatis, quod censetur inæstimabilis pretii. 2.
 Hoc ipso minus aptam se reddit ad honestum
 sibi & suo statui competens matrimonium,
 atque etiam ad statum religiosum. 3. Peccat
 contra pietatem parentum consentiendo in stu-
 prum cum eorum & familiæ dedecore, & ali-
 quali injuria, cum claustrum virginitatis suæ spe-
 ciali curæ parentum commissum vendere cen-
 seatur (propter hæc communis sententia DD.

apud

apud Filliuc. *tract. 30. c. 3. q. 7.* docet vir
nem, non autem virum primò peccare
committere peccatum speciale in confessione
explicandum, sanè, ut vides, probabiliter
qui primum & secundum nihil specialis peccatum
inducit, cùm virgo habeat jus, & libertatem
corpus & membra sua, ut eo vel nunquam
possit ad carnalem generationem, vel ut p
ut ipso placet. Tertium verum est, sed omni
nò per accidens, & non nisi in publica violatio
ne virginitatis locum habet; ergo per se loquendo
etiam virgo primò fornicando non committit
speciale peccatum in confessione explicandum,
& consequenter multò minùs solum co
sentiendo actu interno in peccatum. Con
sequenter ulterius idem dicendum de quovis alio
primo peccato luxuriæ sive contra castitatem
virginis, viri, vel fæminæ, ut si morose delecta
tur, se polluat, peccet contra naturam &c. so
lum simplex peccatum erit mollitati, fodi
miæ, &c.

582 II. Cùm virgò semel violata minùs aptam
reddat ad matrimonium sibi aliàs competere
peccatum puerilla signaculo virginitatis occidit
violato, si medicamentis, glutine piscis, aliis
mediis utatur, ut defectum istum celet, atq[ue]
ut virgo matrimonio collocetur. *Respondetur*
1. Si probabiliter credatur, quòd maritus fui
rus nunquam hoc vitium cognoscat, tunc ne
ipso, nec parentes ad id cooperantes peccabunt.
Uti cum Navarro & aliis docet Sanchez de

trist. disp. 27. n. 8. Bonacina; aliisque citati cum Tamburino cit. l. 7. c. 5. §. 2. n. 5. Ratio est; quia sic nullum infertur marito damnum; sed neque puella illa mentitur; non enim ita agit animo simulandi falsum; & virum decipiendi; sed solum animo dissimulandi verum; quod ob causam saepè licet; & occultandi suum vitium, quod manifestare non tenetur; nec potest sine sui diffamatione. 2. Quod si verò credat fore, ut vitium suum in mariti notitiam veniat, qui id egerimè ferret, sanè peccabit graviter contrà charitatem; sic enim præbet occasionem innumeris malis; præsettim magnæ aversionis, & discordiæ inter ipsam & maritum toto fere vitæ tempore. Attamen neque tunc 3. peccabit contra justitiam; quia non solent conjugandi vitia sua occulta manifestare; & sicut maritus sua occulta non manifestat, ita nec sua manifestare tenetur uxor, esletque nimis grave & intollerabile obligare puellam, vel ad se infamandum, vel ad omnino abstinendum à nuptiis, vel ad nubendum homini inferiori, & insimilæ fortis; alia est ratio de venditione, in qua vendens tenetur manifestare vitium mercis, quia in eo contractu ita consuetudo obtinet, non ita in contractu matrimonii.

III. Virgo, & quævis fæmina etiam corrumpita, etiam meretrix qualiter licite possit pro usu corporis sui exigere, recipere, retinere mercem; ex professo dictum est in septimo Præcepto. p. 5. Decal. c. 5, à n. 134. ubi de acceptis ob surpem causam.

PARS IV. SACRAMENT.

O

A

578 *Theol. Sacrament. Pars IV. Cap. III.*

Accipe h̄ic compendiō. 1. Ante patratūm fōrum vel peccatum debet virgo rescindere contractum , quippe de actu illico , & consequenter pretium jam acceptum restituere , ipsa promissis stare nequeat. 2. At verò patratūm jam stuprum potest licite & justè exigere ac retinere in conscientia ; non enim est pretium pro peccato formaliter , sed pro usu corporis sui materialiter , quatenus alteri bona utilis , ac delectabilis , ac consequenter preæstimabilis est. 3. Virgo pro primo usu fūcorporis , imò & quælibet foemina honesta poterit & accipere pretium , quantum ipi p̄cet ; quia in his rebus , quæ pretio statuerint , nec sunt necessitatī communi necessarianti res potest vendi , quanti eam preæstimavit ditor : at virgo , vel puella honesta poterit plurimi suam virginitatem , vel honestatē amittendam preæstimare : unde tales metu , vel desideriis seductæ , etiam ex hoc solo capite justè exigere matrimonium ipsum à stupratore juxtamāxū cenda. At verò meretrix non potest justè poterit , vel accipere , nisi quantum plus minus ipsa à cætētis conquirere. Utī cum Lugdunis docet Tambur. *cit. e. s. §. 3. n. 25. Quod vide.*

584 IV. At quid si virgo fictè promittat operam , seu usum corporis , aut saltem spētiundi faciat amasio , & sic pretium , vel munera accipiat ? praxi valde communi , & vocata vulgo : *procos dñsere in fune faro.* Religio

detur. 1. Si ejusmodi munera vel pretia accepit ex pacto futuræ copulæ, quam procul pacilicitur, & illa seu facte, seu verè promisit, nec recipere, nec retinere potest, sed omnino restituere tenetur rescisso pacto, ut modò dictum fuit. 2. Quod si verò secluso pacto ex sola liberali donatione procī accepit, & ei certè mortaliter constat de prava & libidinosa procī intentione, adhuc peccat mortaliter virgo, vel puella ejusmodi munera accipiendo, regulariter loquendo; quia sic fovet impurum ejus amorem, desiderium, & spem copulæ aliquando obtinendæ: & quamvis dicat puella, se quidem accipere, sed nolle consentire in aliquid turpe, adhuc tamen alter dans semper putabit admissō munere à puella, eam facilius expugnari posse, sique impugnare perget, adeoque adhuc peccabit scandali peccato. Quod si tamen in raro casu id non esset; sicut etiam, si pueræ non constaret de libidinosa affectione donantis, tunc utique licite recipieret. 3. Attamen eo casu munera sic liberaliter donata à procō, & quamvis illicitè accepta à puella, non tenebitur hæc restituere, sed retinere poterit, ut post alios bene censet Tamburin. citat. num. 53. Ratio est; quia recipiendo non peccabat contrā justitiam, jam enim liberaliter ea dedit amasius, sciens, pueram ea non acceptasse cum pacto copulæ, ut supponimus; quantumvis eam sperabat; quarè si sua spe frustratur amasius, sibi suæque imprudenti creditati imputet; sicut quando quis gratis servit,

580 *Theol. Sacrament. Pars IV: Cap. III.*
munera dat, vell largitur Principi &c. intento
ne ac spe acquirendi, vel obtinendi beneficium
ac officium pingue, & postea spe frustrata
Principem vel Episcopum nullo jure ad re
tutionem coget, sed suam inanem spem men
deporabit.

Ex dictis ordinis gratia consulo prae
jam patet, quid sit dicendum de stupro
passivo ex parte virginis sponte consentientis
esse nimurum per se solum peccatum simile
fornicationis ex dictis N. I. Nune de ipso
pro velut activo ex parte stupratoris, ejus
malitia, & obligatione restitutionis plus
agendum erit.

SECTIO II.

De Stupro & Raptu.

SUMMARIUM

- 585. Stuprum quid?
- 586. Ejus malitia duplex cum onere restituendis.
- 587. Si fiat cum Virgine invita.
- 588. Imo probabiliter etiam si fiat cum virginem
tiente.
- 589. Probabiliter tamen cum talis est solum simplex
cato.
- 590. Ad nullam restitucionem obligans per se loquuntur.
- 591. Etiam in dubio, an Virgo consenserit, men-
tientur.
- 592. Aut si nullum aliud damnum passa sit,
- 593. Vel non amplius fuit Virgo.
- 594. Stuprator Virginis invita sine promissione matrimoni-
ni, tenetur illam ducere vel dotare.
- 595. Defractor Virginis cum promissione matrimonii
derat,
- 596. Seni facta, tenetur eam ducere.